GREGORIUS MAGNUS
Deutschland, um 1300
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26047
Copyright: Admont, Benediktinerstift



exemplo discimus ut in hac peregri
nationis erumpna positi. cogitati
onum nostrarum profunda penetremus et
quousque nobis vere intelligentie aqua
respondeat. nequaquam nostre inqui
sionis manus ad exhaurienda cordis
terra torpescat. Quos tamen puteos
allophili insidiantes replent quia
nimirum in mundi spiritu cum nos
studiose corde fodere conspiciunt con
gesta nobis temptationum cogitationes
immergunt. Unde semper mens evacu
anda est incessanterque fodienda
ne si indiscussa relinquitur. usque
ad timorem perversorum operum super nos
terra cumulet. Hinc ad ezechielem
dicitur. Fili hominis fode parietem. i. cor
dis duriciam crebris perscrutationum
ictibus rumpe. Hinc ad ysaiam
dominus dicit. Ingredere in petram ab
scondere fossa humo a facie timo
ris domini et a gloria maiestatis eius. Pe
tram quippe ingredimur cum cor
poris nostri duriciam penetramus atque
a facie timoris domini fossa humo
abscondimur. si terrenas cogitati
ones egerentes a vita districti
iudicis in humilitate mentis nostre
celamur. Quo enim plus terra fodi
endo proicitur eo pavimentum semper
inferius demonstratur. Unde et nos si
a nobis studiosius terrenas cogita
tiones eicimus quo apud nos metipsos
abscondamur. humilius invenimus.

Ecce enim quia divini iudicii dies
imminet quasi ipsa iam timoris eius
facies apparet tantoque magis necesse
est ut unusquisque illum terribilius
timeat. quanto iam gloria maiesta
tis eius appropinquat. Quid ergo agen
dum est quo ve fugiendum. Quo
enim latere potest eum qui ubique est.
Sed ecce petram ingredi fossa
humo occultari precipimur ut vi
delicet cordis nostri duriciam dirumpen
tes eo iram invisibilem decline
mus quo ab amore rerum visibi
lem apud nos metipsos in corde
subtrahimur. ut cum prave cogita
tionis terra eicitur. mens apud semet
ipsam tanto tucius quanto et humilius
abscondatur. Hinc israelitico populo
per moysen a domino iubetur. ut cum
egreditur ad requisita nature. mit
tat paxillum in baltheo et fossa
humo abscondat que gesta fuerint.
Nata enim corruptibilis pondere gra
vati amentis nostre utero quedam cogi
tationum superflua quasi ventris grava
mina erumpunt. sed portare sub balteo
paxillum debemus. ut videlicet ad rep
hendendos nos metipsos semper ac
cincti. acutum circa nos stimulum
habeamus. qui incessanter terram men
tis nostre pene dolore confodiat et
hoc quod a nobis feticum erumpit
abscondat. Ventris quippe eges
tio fossa humo per paxillum tegitur.